



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

Cap. I. De Restitutionis necessitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

19. *Solut quis tributum aut pensionem per contractum premissam: quot annis praescribit? Trīginta annis non soluent sine mala fide. Quod si erat pactum non soluendi nisi petiram, negligente domino petere, praescribit debitor secundum legem communem praescriptionis. Molinam sequor.*

Molin.

30. *Eligendi ius quot annis praescribitur? Quadrīginta etiam si vnus solummodo actus interueniat. Idem*

Molin.


Molina.

Molin.

31. *Quid de prohibitis alienari? Affirmat idem Doctor, non praescribi ante trīginta, vel quadrīginta annos.*

Saa.

32. *Statum tollens praescriptionem tollit ne eam, cuius initij non est memoria? Saa, Non tollit.*



EXAMEN II.

De Iustitia & iure circa materiam de Restitutione.

CAPVT PRIMVM.

De Restitutionis necessitate.

1. **Q**uidnam est Restitutio? Iustitiae commutativae actus, quo redditur ad aequalitatem alteri, quod iniuste ab eo sublatum est.

2. *Quotuplex Restitutio? Duplex, vna, qua reuocantur omnia in statum pristinum; altera, qua tantum in aliquo particulari.*

3. *Necessaria ne? Ad salutem quidem necessaria est, & in praeepto, quod principaliter est negatiuum.*

4. *Expende Restitutionis radices. Tres planè sunt, ex re accepta, ex iniusta acceptione, & ex vtraque. Qui ex re accepta tantum, tenetur eam restituere si extet, si pretium eius habet, id tantum restituere debet, quo factus est ditior. Qui ex iniusta acceptione, tenetur in solidum ad totum damnum causatum, v.g. ad fructus rei, valorem eius, si non extaret, & similia. Qui verò ex vtraque, tenetur ad reddendam rem, ad damna secuta ex acceptione, & retentione iniusta, fructus & lucra, quae cessassent.*